Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/295170

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

7

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**CHRISTOPHORI HENRICI DIDERICI BUYS BALLOT,**

IN FACULTATE MATH. ET PHIL. NAT. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS DIDERICUS KYMMELL,

Leovardiensis,

A. D. XX, M. JUNII, MDCCCLXIII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLXIII.

Typis Mandaverunt L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

I.

Contra Puchtam defendo exceptionem rei judicatae non obstare vindicationi si in priore petitione causa erat adjecta vel expressa.

II.

Etiam socius unius rei condemnandus est in id, quod facere potest.

III.

Lex. 25 D. de dolo malo (4. 3.) non obstat l. 20 § 1. eodem, praesertim quod ad jus classicum.

IV.

Frater fratri alimenta praestare non tenetur.

V.

Si legatario res sua legatur, creditori obligata vel in qua quis superficiem vel emphyteusin habet, legatum valet.

VI.

Legatarius non habet actionem in rem.

VII.

Actor ad probandam causam divortii uti potest facto, ejusdem generis, posteriore litis contestatione.

VIII.

Inter conjuges, earum rerum, quarum licita est donatio, tamen prohibita est venditio.

IX.

Si quis mandavit alii ut luderet, mandatarius, quod amisit et solvit, potest repetere.

X.

Articulus 2030 C C. est improbandus.

XI.

Licet tota navis sit locata ad merces transvehendas, tamen naulum a vectoribus magistro solutum, conductori restituendum non est.

XII.

Nulla omnino merces debetur nautis, si navis rediens periit.

XIII.

Probatio contra proxenetarum codices admittitur.

XIV.

Terminus quadraginta dierum in Art. 774 C. M., non spectat hypothecam intra hoc tempus constitutam, sed antea promissam.

XV.

Ex Art. 178 C. de meth. proc. judex actorem ad probationem falsi, semper admittere non tenetur.

XVI.

Oppositio ex Art. 801 C. de meth. proc. in casu Art. 108 C. C. tantum uni officiali status civilis est insinuanda.

XVII.

Non probandum, eundem esse interregem et tutorem regis.

XVIII.

Restrictio juris inquirendi (enquête) quod est ordinum generalium in fine art. 3 legis 5 Aug. 1850 improbanda.

XIX.

Facimus cum Wheaton International law. IV. 4, 5 „the better opinion seems to be, that, wherever a capture takes place at sea, after the signature of the treaty of peace, mere ignorance of the fact, will not protect the captor from civil responsability in damages; and that if he acted in good faith, his

own government must protect him and save him harmly."

XX.

Poena sanciatur in eum, qui suicidae auxilium praebet.

XXI

Iniqua Leijserii sententia de constitutione criminali Carolina: „Inter omnes Ictos, quotquot unquam consiliis principum adhibiti sunt, nulli ineptiores fuerunt iis, per quos Carolus V Imp. suas de criminibus leges compilavit. Exegerunt illi monumentum inscitiae suae, inertiae, indiligentiae aere perennius . . . . . . . . . . totum hoc jus mancum, mutilum, obscurum et sibi ipsi contrarium est."

XXII.

Instrumento falso deficiente falsi persecutio institui nequit.

XXIII.

De rente moet vrij zijn.

XXIV.

Het regt van soulte is af te keuren.

XXV.

Een zeer laag regt op den ruil van landerijen is wenschelijk; terwijl voor landerijen beneden eene zekere waarde, eene vaste som als regt beter zoude zijn, dan een regt naar de waarde berekend.

XXVI.

Het regt van beklemming heeft sedert zijn bestaan niet zoo algemeen gunstig gewerkt, als velen dat wel willen doen voorkomen.